



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institutionum Juris Canonici Sive Primorum totius Sacrae
Jurisprudentiae Elementorum. Libri Quatuor**

Febeo, Francesco Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1704

VD18 13560743-001

Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63052](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63052)

AD LECTOREM.

EXIGUUM Opusculum non exiguo labore digestum accipe , amice Lector. Mens illi fuerat , inter privata scripta delitescere , publicæ lucis judicium de sua tenuitate reformidanti ; Prodeundum tamen illi vel nolenti in publicum fuit , tum eorum impulsibus , quorum nutus observare Religio ipsi est ; tum pluribus postulationibus Amicorum ; tum demum , ut quantum per se posset , quamvis cum nominis detimento , Tyronum Canonistarum utilitati consuleret Ad eum enim scopum tota ejus structura collimat , ut Juvenem in Canonica scientia prorsus rudem claretate , qua potest , erudiendum suscipiat , & à prima vocum intelligentia per omnes ferè Sacrorum Canonum rubricas ad summa quæque ordinato passu deducat. Qua in re illud etiam licentiae confidenter usurpavit sibi , ut non contentum finibus , quos sibi Author in publica Schola religiosè præstituit , ad judicia quoque tractanda tum civilia tum criminalia profiluerit , & ut pluries liberaliter ex Cæsareo Jure aliqua prælibaverit quæ ipsi visa sunt cum Canonicis legibus esse connexa. Cum enim disciplinam potissimum cogitaret Juvenum illorum , qui Romani Collegii Gymna-

sium frequentabant, è reputavit illa non præterire, ut saltem privato studio addiscere illi possent, quod in lectionibus publicis audire non potuerunt. Utrum totum hoc consilium opportune ceciderit, tuum judicium esto, Lector amice: idemque si probaveris, ad manus aliquid moliendum animos incitabis. Ille hūd tantum te rogatum patere, ut si quos inveneris hujus Operis detractores (invenies autem plures), & ejusdem paupertatem ex doctrina, cuius divites sunt, aspernantes; in ipsorum mentem reducere non graveris, sermonem hic esse cum Tyronibus, non cum Sapientiæ Veteranis.



THYR-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN